

**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 10. De dispositionibus, quas prædictorum effectum productio
requirit in suscipientibus Baptismum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

retrahit ut congregariatur: iuxta Apostolum ad Romanos 8.versus 17.

Iraque ad meritum, & exercitium hominis Christiani, reliqua sunt in eo post baptismum eiusmodi penitentes: sicut Iudicium tertio post introductos Israelitas in terram promissionis, reliquit in ea Dominus gentes, ut illis eruditus Israhel. Ne autem praeualeant, & peccatum regnet in nostro mortali corpore, ut obediamus concupiscentiis eius (quod prohibet Apostolus in predicto capitulo 6.) facit baptismi gratia, animam corroborans & ad resiliendum adiuvant, iuxta illud, quod in Concilio Mileuiti capitulo 3. definitur, talem gratiam non solum valere ad remissionem peccatorum quam commissa sunt: sed etiam ad adiutorium, ut non committantur. Refertur De consecr. dist. 4. cap. antepenult.

Quartus effectus, ex ante dictis consequens, est aperto ianuam regni caelestis: nam ut argumentatur in sequenti art. 7.D. Thom. baptismum aperire ianuam regni caelestis, nihil est aliud, quam remouere impedimenta introcundi in illud. Ea autem sunt culpa, & eidem diuinus confutata pena (qua est si de se non impedit omnino, removatur tamen eundem ingrediemur) & iuxta antedicta, per baptismum, utraque perfecte tollitur.

Quintus est: subjicere baptizatum Ecclesiastice iurisdictioni. Nam ex eo quod per baptismum fit quis Ecclesia membrum, consequenter subordinatur ac subjicitur auctoritate eius qui tanquam caput praecepit Ecclesia. Cuiusmodi effectum pronuntie quoque ex baptismi infastigio: ita ut postquam adoleuerint, Ecclesia possit eos penitus coercere cum fuerit opus, contra Erasmum tractans videri potest Gregorius a Valen. in fine cit. puncti primi. Sufficit enim instituto nostro id constare ex definitione Concilij Tridentini 7. De baptismi, can. viii.

Sextus effectus est, tollere irregularitatem ante baptismum ipsum contractam ex peccato quoconque, vel ex eo quod est ex peccato consequens, ut infamia. De qua re agetur in sequenti lib. 30. tractatu secundo. Neque in ea necesse est immorari: cum vix iam alii in nostro orbe baptizentur, quam infantes talis irregularitas incapaes.

Septimus effectus est character: de quo nihil occurrit addendum ad ea que dicta sunt in predicto libro cap. 6. Praeter hos sunt alii effectus falsi, quos heretici tribuunt baptismino, refutati a Bellarmino in lib. De bapt. cap. 14. & aliquot sequentibus.

CAPUT VLTIMVM.

De dispositionibus quas predictorum effectuum productio requirit, in suscipientibus Baptismum.

SUMMARIUM.

- 65 Dispositio quo ad corpus: & quid agendum quando ipsum est monstratum.
- 66 Dispositio quo ad intellectum: recta fides.
- 67 Quo modo interueniat ista dispositio in baptismino parvulum.
- 68 Aliquot propositiones pro explicatione difficultatis, An ad baptismum parvulorum requiriatur consensus parentum.
- 69 Dispositio ad baptismum ex parte voluntatis, qua est penitentia.
- 70 Qualis debet esse talis penitentia.
- 71 Intentio requirita ad baptismum, quam extortam esse metu nihil obstat.
- 72 Suffici virtualem esse.
- 73 Brevia responsa ad difficultatem de eff. eti. baptismi impeditos, ut veram obtainatur recidente fictione.
- 74 Ad tollendam eiusmodi fictionem attrito non sufficit, sine sacramento penitentia.

PRIMA dispositio est quod corpus ut quantum sufficit ad baptismum, iuxta tradita in posteriore parte capitulo predicto, ipsum ablui possit. Quod quia nequit comode fieri ante egressum ex vetero: expectandus est talis egressus, nisi mors immineat, ut D. Thom. 3. p. 1. quest. 68. art.

11. ad 4. exprefit, & attigitus loco citato. Iam si corpus monstratum sit, seruanda est haec regulare Angelo in verbo Baptismus 5. §. 5. & Sylu. codem verbo 3. quest. 10. & Toloto in sua summa lib. 2. cap. 21. ut si confiter haberet tantum unam animam rationalem (qua scilicet habet tantum unum caput, & unum pectus, licet alia membra multiplicentur: prout expressit Sotus in 4. dist. 3. quest. vñta a art. 9. col. 11.) & ideo esse tantum unum hominem: unicus baptismus conferatur. Sin contra confiter duas animas habere (qua scilicet habet duo capita, & pectora, vel sub duobus capitibus unum pectus) ideoque esse duos homines, duplicit actu baptizetur: vel si necessitas virget, uno: sub illa forma, Ego vos baptizo. Quod si dubium sit, an habeat duas rationales animas (qua scilicet sub uno capite, sunt duo pectora, vel sub duabus capitibus unum pectus) duplex baptismus est conferendus, inquit Toloto: unus absolute, ei qui perfectius caput, aut pectus habere apparebit, & alter sub conditione.

Dispositio ex parte intellectus & consensus parentum.

SECTIO PRIOR.

SECUNDA dispositio, quod animam ex parte intellectus, est recta fides: eo modo quo exprefit Gregorius a Valen. disp. 4. quest. 3. pun. 3. assert. 3. inquietus. Et si in adultis ad baptismi veritatem non requiratur recta fides, dummodo illi intentionem habeant recipiendi id quod Ecclesia adminifrat; etiamen requiritur, ut principalem baptismi effectum, nempe gratiam, ipsi consequantur. In parvulis autem sufficit habitualis fides, quam suscipiunt cum sacramento: neque ad veritatem, neque ad effectum baptismi, requiritur ipsorum proprius fidei assensus: sed eis ad utrumque sufficit recta Ecclesiastica fides: sicut & cisternam sufficit prava Adami voluntas ad contrahendum peccatum originale. Cuius doctrinæ, quam idem Authoribi bene confirmat, haec fundamenta D. Thom. habet 3. parte quest. 68. art. 8. & 9.

Primum est, quod sacramentum non perficiatur per iustitiam conferentis aut recipientis baptismum: sed per virtutem Dei. Unde fit ut baptizati ab hereticis cum materia & forma, intentioneque debita, non rebaptizentur redeentes ad Ecclesiam Catholicam, ex cap. Si qui apud illos, & cap. Quamvis, De consecr. dist. 4. Tale enim baptismus fuit verum, prout Concil. Tridentini definit scilicet 7. De baptismino, can. 4.

Alterum est, quod iustificatio peccatoris non contingat sine fide: Apoloporto docente ad Romanos 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi: & ad Hebrei 11. Impossibile est sine fide placere Deo. Id quod habetur etiam ex definitione Concilij Tridentini, lxx. 6. cap. 6. & 7. hincque sequitur quod hereticus, ut pote infidelis, non sumat baptismum ad salutem, sed ad perniciem: prout dicitur in citato cap. Quamvis.

Tertiun est, quod regeneratio spiritalis: quæ fit per baptismum, sit quodammodo simili nativitatē carnali, in hoc: quod sicut pueri in maternis uteris constituti, non per se ipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur: ita etiam pueri nondum habentes usum rationis, quasi in utero matris Ecclesie constituti, non per se ipsos, sed per auctum eiusdem Ecclesie, salutem accipiunt. Ita docens D. Thom. in citato art. 9. ad 1. addit ex D. Augustino id quod inde sequitur, matrem, Ecclesiam os maternum (ad profundam scilicet Christi fidem) parvulus præbere, ut fascis mysterijs imbuatur: quia nondum possunt credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Et, ut ipse subiungit, quod dicitur de fide, idem potest pari ratione dici de dilutionibus ex parte voluntatis: nempe de penitentia & intentione, qua mundo & Diabolo abrenunciantes, eligant Christi seruitio mancipari. Id quod ut in nostro instituto remotius, relinquimus Theologis scholasticis. Qui volet videat Bellarm. in memorato libro de baptismino, cap. 8. & nonnullis sequentibus. Quia etiam de causa suffici paucis perfringere, quod Suarez latius tractat disp. 25. utrum consensus parentum sit necessarius ad baptismum parvulorum, hique inutis illis baptizari possint.

**

De questione, An infantes possint baptizari nisi
iuris parentibus.

68.

Sligitur prima propositio: Ad validitatem baptismi par-
usorum, non esse de se necessarium ut parentes in illum
consentiant. Ratio est: quia tali consensus non est de essen-
tia baptismi: ad quam spē et iuris modo debita materia,
& forma, & intentio faciendi quod facit Ecclesia.

Secunda est: Videlicet, sic & infidelium, qui aliquando
fideles fuerunt, liberos licet baptizari posse iuris parenti-
bus. Ratio est: quia tales subiiciuntur iurisdictioni Ecclesiae,
possuntque ab ea compelli (iuxta cap. Quando, cap. Qua-
rum, & cap. Sicut, 23, qua fl. 4.) ad fidem professionem: ad
quam speciat oblatio propiorum filiorum ad baptismum.
Quia si a parentibus prædictis negligatur, nihil obstat quin
ipius iuris idem filii baptizentur: quia nec illis sit in eo in-
juria, nec consensu illorum est de iis quod ad baptismum
filiorum sunt omnino necessaria, prout docet abunde ipse
Suarez in citata disputatione, 25, sect. 1, propositio 2.

Tertia est: Filios corum infidelium qui nunquam suscep-
perunt baptismum, non posse licite baptizari ipsi iuris.
Hac est D. Thomas 2, 2, quest. 10, art. 12. Et 3, par. quest. 68, art.
10, qui in confirmationem adferit perpetuum Ecclesiae con-
suetudinem, fundatam in iure naturae: iuxta illud, quod
paruali ante ipsum rationis, cum non habeant propriam vo-
luntatem, commissi sint cura parentum, eorumque voluntati.
Qua de re plura Suarez fecit, iuxta quem in sequenti sect.
4, extenditur haec propositio ad infideles, qui subiungunt ditio-
ni Christianorum Principum. Nam neque eorum filios ipsi
initi baptizari posse ipse late docet. Non extenditur vero
ad eos, qui sunt proprie serui, ut iij, qui emuntur, veris domini
ipsorum venditibus; vel qui iusti bello vicit, rebus suis
iuste spolianter, & rediguntur in servitatem, ut solent Tur-
cae & Saraceni. Id quod in posteriore parte eiusdem sectio-
nis, & in sect. 3, late idem tractat. Fundamentum vero est,
quod talibus seruis tanquam de re sua Dominus possit di-
ponere: etiam distrahendo, separandoque unum ab altero:
adeo ut filii in tali causa non consentiant esse plene sub cura
& potestate parentum. Addo his, quod ex Soto Greg. à Valen. in citato punto 3. assertione 2, dicto tertio habet, neque
locum propositionem allatum habere in paraulis constitutis in
presenti periculo mortis, que adimeretur omniem
commoditate aliquando voluntate propria suscipiendo
baptismum. Ratio est, quod eorumdem paraulorum pa-
rentes non possunt in tali causa virgine suum ius paternum,
in extremam filiorum perniciem summamque miseriam.

Quarta propositio est: Sufficere alterutrius parentis con-
sentium, ut natus ex infidelibus baptizari possit. Ad quam
probandum inducit cap. Ex literis, De conuerso, infid.
cum aliis, quorum meminit Greg. à Valen. in sequenti
dicto 4. Ratione addens, quod interueniente consensu
vnius parentis, alter non possit tantopere suum ius virgere,
ut oporteat parauulum inde spirituale damnum pati.

Vltima propositio est: Licit esse baptizare filios infide-
lium ipsis iuris: si idem filii sponte consentiant, iam ha-
bentes ratione ipsum sufficiendum ad iudicandum quid sit
bonum, & ad accipiendum instructionem de fide Christi-
ana, & de baptismi: ut contingere potest circa annum octauum,
aut decimum. Hac est U. Thomas 2, 2, quest. 10, art. 12.
Et 3, p. 11, quest. 68, art. 10, qui sequenti art. 12, docet idem, ac
de infantibus, iudicium esse de amenitatis, qui nunquam
habuerunt ipsum ratione: non item de iis qui habuerunt lu-
cida interualla. De quibus iudicandum est secundum vo-
luntatem quam habuerunt in lana mente: ut si tunc petierint
baptismum, possit virgente necessitate eis dari in amen-
tia; alias non.

Dispositio ex parte voluntatis.

SECTIO POSTERIOR.

69.

Tertia dispositio quoad animam ex parte voluntatis, est:
tum penitentia, tū intentio. Penitentia quidem: quia
licet adulterus impenitens, sicut & Infidelis, valide baptizari,
& baptismale characterem recipere possit: tamen ut debite
baptismum & primarium eius effectum, gratiam inquam,

suscipiat; neccesse est non solum ut credat, verum etiam vi
voluntatem omnem mortaliter peccandi deponat: deque
prateritis peccatis a se commissis dolet. Quod si recusat
facere non est baptizandus ex D. Tho. 3, part. quest. 68, art.
4. Quod etiam colligitur ex Concilio Trid. sect. 6, cap. 6, vbi
dicitur ad modum preparationis ad iustificationem, per-
tinere ut quis mouatur aduersus peccata, per odium ali-
quod & detestationem: hoc est, per eam penitentiam ante
baptismum agi oportet, de qua Actorum 2, Agite penitentia
ut baptizetur unusquisque vestrum. Accedit ratio, quia gra-
tia stare non potest cum voluntate peccandi, iuxta illud
posterior ad Corinth. cap. sexto. Quia participatio iustitiae
cum iniquitate?

Qualis autem esse debeat ille dolor, latius explicant Su-
arez, 10, 2, disputatione 28, sect. 1, & 2. Et Greg. à Valen. in ante cit. pun. 3.
affir. 4. Summa vero est: non esse necessarium ut sit in
particulari de omnibus peccatis commissis, quia facta in-
digatione, renocata sunt in memoriam, sicut oportet in fac-
mento penitentia: sed sufficit, si le de omnibus confuso,
cum prop. sit ea cauenda in posterum. Nec item ut sit per-
fecta penitentia, seu vera contritio: sufficere enim, si sit atti-
tudo: quia ex Concil. Trid. sect. 14, cap. 4, est peccati detrahatio,
auxilio supernaturale Dei concepta ex consideratione tur-
pitudinis peccati; vel ex metu gehenna, & aliarum pena-
rum, quibus à Deo ipsum punitur. Probatur vero talis suffi-
cientia ex eo, quod per baptismum conseqnamur primam
gratiam ex opere operato. Inde enim sequitur ad baptismum
non requiri necessario veram contritionem, que semper
est concuncta cum Dei gratia & charitate: sed satis esse attri-
buit, quae excludat affectum peccati, tanquam obicem
impediente ne peccator iustificetur per ipsum baptismum,
qui est instrumentalis causa iustificationis, iuxta definitio-
nem Concilij Tridentini, sect. 6, de iustific. cap. 7.

Intentionem autem suscipiendo baptismum necessariam
esse, ut sit validus & characterem imprimat, sententia est
omnium Theologorum, ut Suarez notat disputatione 14, sect. 2, &
disputatione 24, sect. 1. Pro qua faciunt. Tum canones ab ipso citati
in illa sect. 2, maxime autem cap. Maiores. Item queritur,
De baptismismo. Tum Ecclesiae consuetudo. Nam ut argu-
mentetur D. Tho. 3, part. quest. 68, art. 7, secundum ritum Ec-
clesiae, profitentur baptizandi, sicut ea petere baptismum, &
consequenter se intentionem illum suscipiendo habere.
Tum demum ratio: quia suceptio baptismi est quodam
professio Christianae religionis, & inchoatio nouae vita-
e, quia, ut pote moralis, requirit, sicut in progesu, ita & in ini-
ciatione liberum voluntatis consenserunt.

Vnde nonnulli errores confutantur, de quibus post So-
rum in 4, disputatione 5, quest. unica art. 7, Greg. à Valen. disputatione 4,
quest. 2, puncto 2. Satis nobis erit duo monere. Alterum est,
quod habetur ex cit. cap. Maiores. Propter quod, & ex cap.
De Iudeis, disputatione 45, ad baptismi validitatem sufficerent intentionem
adulti, non modo liberam omnino, sed etiam extor-
tā merū, sive iusto, sive leui, sive iniusto, sive graui. Ad quod
facit quod coacta voluntas, sit voluntas ex cap. Merito 15, q.
1, & aliis quae ibidem glossa habent. Vnde si quis baptismum
suscipere cogatur, etiam si alias noles baptizari, prebeat
assensum, recipit sacramentum & characterem: licet non
recipiat gratiam. Si autem assensum nullo modo prebeat,
nec sacramentum recipi, nec characterem & multo minus
gratiam, ex cod. cap. Maiores, in fine citati paragraphi.

Alterum est, non esse necessarium ut talis intentione sit
actualis, sed posse sufficere ad baptismi validitatem, & gratie
receptionem, ut sit virtualis & iinterpretativa, ex eod. cap.
Maiores §. finali. Et ratio est, quia talis intentione importat
perseverantiam voluntatis in pristino suo statu: nempe in
eo, quem ceteri humanus habuit dum actu intenderet suscep-
tionem: illam namque non mutavit, quia id debuisset
fieri per voluntatem contrariam: quam voluntas virtualis
perseverans excludit. Videri potest Suarez disputatione 24,
sect. 1. Indeque intelligi discrimen quod in fine citati articuli
7. Sotus notat, si inter intentionem ministrorum, & susci-
pientis, quod in ministro, tanquam a gente, intentione expresa
sit necessaria eo ipso tempore, quo confort sacramentum.
Ideo enim ebrios, aut dormiens non baptizantur, quantumcum-
que prius proposuerit baptismum conferre. In suscipien-
te vero,